Quelle: https://manuscripta.at/?ID=813
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



repperiri possit adscripta. Cecepro die kalendarum ianuariarum. Considerans inter innumerabiles turbas lectoris animum intra unum mensem posse lassescere ne idem euenat succinte ac breuiter eorum qui sunt in amplissima festiuitate in suis locis. tantum omnibus memorata sum ut amputato fastidio unus de omnibus sufficiat libellus ad scripta. Sane in prima parte libelli omnium apostolorum festa. conscripsimus ut dies iam in uideant diuidere quos in dignitas et apostolatus in gla celesti fecit esse sublimes.

Simon. q interpretatur obediens. Petrus agnoscens filius iohannis frater andree dicitur ortus uico bethsaida prouincie galylee qui propter simonem magum licet di occulto iuitu roma puenit ibique predicans euangelium. xx. et. v. annos eiusdem urbis tenuit pontificatum. vi. anno. et. xxx. post passionem dni sub nerone cesare ut uoluit cruci suspensus est cui natalicium. ut. k. iulii. cebratur.

Paulus qui interpretatur pius. ortus ex tribu beniamin. apls gentium. Hic secdo post ascensionem dni. anno baptisatus in sub nerone romae eodem die quo et petrus capite truncatus ibique sepultus est

Andreas qui interpretatur uirilis uel decorus frater pet. Hic predicauit sithiam et achaiam ibique in iuitate patras cruci suspensus occubuit. u. k. Decembris. celebratur.

Iacobus q interpretatur supplantator. filius hebedei frater iohannis Hic hispanie et occidentalia loca predicauit et sub herode gladio cesus occubuit sepultusque est in achaia marmarica. viii. k. augusti.

Iohannes qui interpretatur gratia dei. apls et euangelista filius hebedei frater iacobi dilectus dni predicauit asie et in epheso. vi. k. ian. natalis eius celebratur. Alii dormitionem dicunt eius quando natiuitas sci iohannis baptiste celebratur idem. viii. k. iulii.

Thomas q interpretatur abissus didymus. id est geminus. Hic parthis et medis predicauit et destinatus in orientalem plagam ibi euangelium predicauit. Lancea enim ibi transfixus occubuit. in calamince in die eiuitate ibi sepultus est in honore. xpi. xii. k. ian.

Philippus q interpretatur os lampadis. a bethsaida ciuitate ortus unde et petrus gallus predicauit xpm. Deinde in hyerapoli frigie prouincie crucifixus et lapidatus obiit ibique cum filiabus suis quiescit cum natalis. k. maii.

Iacobus frater dni. hierosolimorum primus epc. Hic dni hierusalem xpm dei filium predicauit. de templo dni. iudeis precipitatus lapidibus oppressus ibique iuxta templum humatus est natalicium. k. mai. et ordinatio. vi. k. ian. dicitur.